

## Connecticut State Latin Day—2010

### Declamation Passages

#### **Lower Level: Cicero, *De Senectute*, XIX. 67-68**

Sed redeo ad mortem impendentem. Quod est istud crimen senectutis, cum id ei videatis cum adolescentia esse commune? Sensi ego in optimo filio, tu in exspectatis ad amplissimam dignitatem fratribus, Scipio, mortem omni aetati esse communem. At sperat adolescens diu se victurum, quod sperare idem senex non potest. Insipienter sperat; quid enim est stultius quam incerta pro certis habere, falsa pro veris? At senex ne quod speret quidem habet. At est eo meliore condicione quam adolescens, quoniam id quod ille sperat hic consecutus est: ille volt diu vivere, hic diu vixit.

#### **Upper Level: Pliny, *Epistulae*, 9. 36 . 1-4 (excerpted)**

Quaeris, quemadmodum in Tuscis diem aestate disponam. Evigilo cum libuit, plerumque circa horam primam, saepe ante, tardius raro. Clausae fenestrae manet; . . . . Notarium voco et die admissio quae formaveram dicto; abit rursusque revocatur rursusque dimittitur. Ubi hora quarta vel quinta, ut dies suasit, in xystum me vel cryptoporticum confero, reliqua meditor et dicto. Vehiculum ascendo. Ibi quoque idem quod ambulans aut iacens; durat intentio mutatione ipsa refecta. Paulum redormio, dein ambulo, mox orationem Graecam Latinamve clare et intente non tam vocis causa quam stomachi lego; pariter tamen et illa firmatur. Iterum ambulo ungor exerceor labor. Cenanti mihi, si cum uxore vel paucis, liber legitur; post cenam comoedia aut lyristes; mox cum meis ambulo, quorum in numero sunt eruditi. Ita variis sermonibus vespera extenditur, et quamquam longissimus dies bene conditur.